

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Plutarchu Chairōneōs Ta Sōzomena Panta**

Continens Vitas Parallelas Graecè & Latinè

**Plutarchus**

**Francofurti, 1620**

In Aratum annotationes

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1340](http://urn:nbn:de:hbz:468-1-1340)

## ANNOTATIONES.

63

1025.c. Rhodogynem Oronti) Xyl. vertit, Rhodogynā Oronti, Firibā o Amīstrin nuptum daturum. & annotat. In Græco male est ο ποτην, quod Lapo imposuit. Pater cum aliundetum ex Diodori 16. & notum est dictum huīs Orontis de aulicis, quā gratia regis & socii excidisset.

1026.d. Oromaze) ο ποπαζης, seu ο πιμαζης, (vt A πιμαζης & Α πιμαζης, & id genus alia) deus est Persarum:is quem nos So-

lem vocamus. Evidens est hoc cum aliis ex autoribus; tum ex libro Plutarchi De Ilide & Ostride; & quidem ο ποτην, à sole annus dicebatur, quod non solum grammatici testantur, sed & versus extat Euphorionis de Laodice & Acamante Thesei F.H. οι μωύινη υα την πομερη οι αρω. Id propter Lapum anno, qui quā hoc non animaduciteret, p̄peram ad regem transtulit.

## IN ARATVM ANNOTATIONES GVIL.

Xylandri & Herm. Cruserii, interpretum.

**A**RATUM vixisse eodem tempore quo Cleomenes Spartæ rex fuit, & Antigonus Macedoniae, satis ex vita Cleomenis constat. Vide omnino de eius aetate & aequalibus Polybiū lib.2. necnon de rebus eius gestis.

1027.v. Quis patrem laude) Proverbio hoc etiam in Chiladiis Erasmi exponitur. Notum est autem, plerosq; quū nihil ipsi habeant proptium quod laudem mereatur, ad paternas & auitas laudes (vt claudi ad equum) recurrere. Quasi vero iis occini inerito non queat, Herotim filios esse noxas. Extant in hanc sententiam multæ graues & argutæ veterū Græcorum poetarum sententiae: sed nostrum institutum non patitur nos eas hac cogere. Eleganter Ouidius sub persona Vlyssis, Nam genus & proanos, & quā non fecimus ip̄si, vix ea nostra voco. Quod ad Græcum veritatem attinet, ut cum apostropho si legatur, erit elegantior: vt sit modus potentialis vt vocant, aoristo optatiuo expressus. Certe Erasmus ita legit: an ex autoritate libri, an ex ingenio? Cic.lib. ad Atticum primo, vbi de se sui ipsius laudatore loquitur, scite adducit partem versus, Τις ταῦτα γένος: sed quia non adduxit totum, non multum id meæ lectionis opinioni detrahet. Fieri enim potest vt non retulerit patrem, sed ad eam (vt frequenter alias) alluserit.

Ibid.c. Est enim sibi placenter) Sensus est, Tu quidem ο Polykrates vir es præclarus: sed nūmis tibi ipsi placeres si tantum tibi tribueres vt non Aratum potius imitandum tuis filiis, quāte, proponeres. Ac evidentur illa verba, μηδὲν αἴτιον βέλτιον, non vacare mendō: sed deesse ιωνίαν aut aliquid rale. Lapus quidem corrupti sententiam φιλοκλέων autēm est, optimā & nobilissima exempla ad imitandum alias proponere; non temere seipso, neque semper.

1028.b. Non difficitur athleticam voracitatem & lagonem) Xyl. itidem lagonem vertit; & annotat, ο ποτην. Lapus scapham vertit: si quidem hoc est vertere. ο ποτην apud Græcos duo significat, tonsura genus, & lagonem seu fasculū. Quum tonsuræ genus est, ο ποτην significat, id est, quin nouacula crines raduntur: eique opponitur ο ποτην, quod est tonsuræ genus ad ornatum formæ magis faciens. Aristophanis interpres in Auibus, Eustathius in Ilii d. u. & alii. Sed id hinc non facit. Quod autem ad lagonem attrinet, athletas solitos se eoad firmandum robū exercere, inquit Theocritus Idyllo 4. quod inscribitur ο ποτην: de pastore loquens qui Pitias certaturus & athletam acturus se confulerat: ο ποτην ο ποτην ο ποτην ο ποτην ο ποτην. Interpres ostendit carnes eum ouium secum detulisse, vt haberet quod voraret, & de voracitate athletatum res est notior quam vt verbis opus sit. De lagine autem, qui ο ποτην etiam dicitur, (hoc quoque ο ποτην ο ποτην, fodio) interpres ait vocari ο ποτην, ο ποτην, vulgo λογάριον & λόγαριον, Attice ο ποτην. Solitos autem athletas, pugiles præscriptim, se eo exercere, & fodiendo superioribus corporis partibus robū querere.

Ibid.c. Pased autem) Πασσιον h̄c est, supra Πασσιον. quod & rectius est. Nam Paulus quoquelib. 2. ita habet, ο ποτην ο ποτην. Πασσιον.

Ibid.d. Abspectantium cetera fuisse; ubi id intellexerunt, obtritum) Xyl. vertit. Conculcatum. & annotat, καταπιθωμα non ab ο ποτην, sed ο ποτην verbo deduci, vel pueri scilicet. Lapus h̄c oscitavit: & neicio quid erroris Spartanis attribuit, erore ipse lapsus.

Ibid.f. Arcesilai philosophi quondam Athenis auditor) Xyl. vertit, In urbe. & annotat, id est Athenis, ita enim de Ath. n. s. aliquando loquitur Græci, vt de Roma Latini. Videtur autem is esse quem Arcesilam vocat Cicero. Nam legendum est omnino Α προσινον, Arcesilaum, vt & Scrabo libro primo hunc nominat. Academicum nobilem, Laertius ex Apollodoro tradidit eum Horatius Olympiade, ex x. h̄c autem non multo post cxxx. Olympiadē ḡ. ita sunt. Quin & iuditio Philopœneus noster eum Arcesilaum scripsit, quod hic vi-

tiarat librarius. Ecdelus autem qui h̄c legitur, ibi est Ecdelus.

1029.d. Has in achanas coniecas) Xyl. vertit, In modios frumentarios imposuerunt. & annotat: Malui genus vertere, quū h̄c non de quantitate mensuræ queratur, sed de vase simpliciter. Achana genus est mensuræ frumentaria Persicum, vt apud Ægyptios ἀρταβα: continet (vt testatur Aristoteles) medimnos Atticos XLV. Alii cistam esse dicunt in quam publice ad spectacula aut oraculum consulendum missi sua cibaria condunt. H̄c interpres Aristophan. in versum Acharnenium: Οὐρανὸν ἀχαραναὶ οἱ περιπολοῦσαι νέοι. Eadem fere Eustath. in 2. & 19. Vlyssæ.

1030.a. Datoque signo Apolline dextro) Xyl. vertit, Tesseram dedit Apollinem propicium. & annotat, ο ποτην. Hoc vocabulum fere de loco sumitur, vt ο ποτην ο ποτην, & ο ποτην ο ποτην, vnde propter sublimitatem commode pugnatur. vñtata est phrasis historicis. Itaque Apollinem etiam ο ποτην intelligo cuius praefidio sperabant se hostibus superiores fore.

Consensio gentium &c.) Locum hunc ita vertit Xyland. Neque quicquam magis amat quam concordiam populorum, communionem ciuitatum, conciliumque & theatrum unam edens vocem: bello & aperto certaminibus ut non facile audebat. annotaque. Locus in Græco non est, nisi patrum video, integrer. Itaque feci quod potui: libenter melioribus cessurus.

1031.d. Consilia & pugna, &c.) Xyl. vertit, Gloria ad Herculeas innotuit usq; columnas Inlyta virtutis maxime Arate tua, Et tibi propatria certamina gesta salute, Factaq; prudenti maxima consilio. At nos in patriam te seruatore reduci. Cernentes operas fana laresg; tua: Hanc statuam grata memorem tibi mente dicamus, virtutis signum iusticieque tua. Atque salutiferos inter te dñe fatemur Insignes superos emeruisse locū. Nā libertatem genus legeisque salubres, Ociaque alma tuus restituit patria. & annotat: Non dispuo vt h̄c carmina Lapus conuerterit. Ego paulo liberius verti, vt sensum vñcunque redderem: ο ποτην, in primo pentametro, Appropinquat est, media voce ο ποτην. quā usus est etiam in Electra Sophiocles: -- ο ποτην, ο ποτην, ο ποτην ο ποτην: id est ο ποτην. Quod non interpres modo ibi docent, sed & Eustathius hunc versum citans in Odysse. 6, ait, ο ποτην verbum esse ο ποτην ο ποτην ο ποτην deductum.

1035.c. Quis ipse animo erat hic usq; adeo celso) Xyl. vertit, Tanta erat hominis magnanimitas & annotat ο ποτην ο ποτην ο ποτην ο ποτην. Nisi legas ο ποτην ο ποτην ο ποτην ο ποτην, &c. aut omnino illud ο ποτην omittas, necesse erit locum mutum intelligi, ac comparatio h̄c à Plutarchio fuisse p̄posita, cuius prior pars intercederit.

1045.b. Venatorem imitatus & spicium) Alludit ad nobilis illam fabulam de homine qui equo communibus armis à cerno pulso, ita opem tulit vt in posterum equo semper viceret ipse viceret. Extat apud Aristotalem in Rhetorice, & Horatium, ibi: Cerius equum pugna melior, &c.

1046.c. Attēn) Regio est Peloponnesum maritima ad Corinthum. Stephanus ex Thucydide.

1049.b. Dymæisque) Δυμæique est legedum, non κυμæique, quod miror retinuisse interpretem, quā in Achaia nulla Cuma, Dymæ autem sit nonnulla:

1050.a. Minorem Aratam prius tam sanciavit in uxore) Xyl. vertit, Primum aliquandiu hospitio Aratorum utens occulti senioris uxorem corrupit. & annotat, Liuius lib. 27. de Philippo loquens: Vni etiam, inquit, principi Aratorum Arato adempta uxore Polycertia, ac spe regiatur nuptiarum in Macedoniam ab portata fuerat. De ceteris vide Polyb. lib. 4. § 8. & Paulaniā in Corinthiacis. Paulo superius h̄c verba, ο ποτην ο ποτην ο ποτην ο ποτην, Lapus corruptus, & videtur nullo sensu legisse ο ποτην. Significant autē Philippū sensisse quod posthabito Arato res aggressus, tota aberrasset via.

1051.a. Quorū obscura adhuc vestigia diobus illis defunctorie

retinens) Xyl. verit, Adhuc quadam eorum indicia servant ac  
celebrant & annotat ἔργον μενον. Lapus valde ab urbe verit Ex-  
piati, quæ tamen interpretatio etiam in Græca itrepit Lexica,  
hinc (opinor) petita. Est autem ἔργον μενον idem quod αὐτοῖς,   
quo in Pericle & Cimone v̄sus est verbo autor noster: αὐτοῖς-

μενος πιν περὶ λατ. id est, vt muteti sibi mandato v̄t cunque &  
perfunditorie (quod aiunt) satisfacet. Ia hic dicit Sicyonios  
quum plerosque ritus sacrorum in honorem Arati instituto-  
rum omittent, quadam tamen vt defungi suo pietatis offi-  
cio viderentur, quotannis celebrasse.

## DE MENSIBVS ATTICIS GVIL.

Xylandri appendix.

**P**lura opinione mea, lector candide, annotavi: haud scio  
an pauciora aliorum vel expectatione vel desiderio. Lu-  
bens omisi permulta quæ ad hoc opus exornandum vide-  
bantur plurimum allatura momenti: vt genealogias regum  
quorundam ac principum virorum, (quas statueram per oc-  
casionem veluti emblematum loco intexere) vt locorum de-  
scriptiones aliquot, vt philosophicarum nonnullarum qua-  
stionum explications, vt eorum quæ eadem de re diuersti au-  
tores scripterunt inter se comparationes, vt multorum erro-  
rum refutationes, multorum non recte scriptorum emenda-  
tiones, ac quædam id genus alta.

Verum hac ipse quidem hic spatiis exclusu inquis  
Prætereo: atque alias mihi fors memoranda relinquo.  
quippe & annotationum maius est f. Etum quam initio pu-  
taueram, opus, vtcunque omnia me contrahente, & mole la-  
boris variisque curis & negotiis defatigato ignoscere qui  
non sunt ingrati: neque tam præteita à nobis multa æg-  
ferent quam ea quæ diximus non adeo pauca boni conflu-  
lent. Memini me initio fere operis pollicitum, me, nonn hil  
de Græcorum, Atticotū inquam, apud quos fuit Ελάδος, Ελ-  
άσσον) mensibus commentaturum hoc loco, id nunc promis-  
sum qua debeo & possum fide repræsentabo. Non est autem  
mei instituti, tem ipsam pertractare: quod & operosum & odiosum fore scio, & alio pertinet: sed id est περὶ τοῦ tantum,  
quædam admonere diligentem lectorem. Etenim qui prius  
Plutarchi hæc parallela Latino lectione descripserunt, La-  
pus, Guarinus, aliisque, dum Atticorum mensium nominibus  
Romana aptare conantur, neque inter se, aut cum aliis,  
neque secum adeo singuli conueniunt. Quod qui mihi non  
credit, facile si Græca cum Latinis conferte velit, verum esse  
deprehendet. Ego, qui rem plurimum habere controvrsiæ,  
minimeque explicatus faciles scirem, id sum sequutus quod  
& rutissimum erat & (nisi fallor) rectissimum. Reliqui ipsa  
Græca mensium nomina, ita vt lector in iis vertendis & ad  
Romanum morem exprimendis, cum sequi potissimum in-  
terpretem atque autorem posset quem veller. Quo siebat vt  
neque ego interponere tentantiam in re apud doctos con-  
trouersia opus haberem: & lector nullo negotio quid scri-  
psisse Plutarchus, viderer. Ne autem vel contemptu illorum  
coniecturas, vel ob inertiam supercedisse labore eorum  
nominum vertendorum viderer: hic vtcunque lectori satis-  
faciam, & cum de ipsis mensium nominibus, tum de eorum  
etiam partibus dicam aliquid. Quod omne tantum ad expli-  
canda Plutarchi dicta, vnum hoc loco nostrum scopum, re-  
fertur. Ac quia plerique Gazæ (cuius autelus extat de men-  
sis liber, Græce ab eo scriptus) sententiam, vt hominis do-  
ctissimi & accuratissimæ diligentiae, sequuntur: priusquam de  
singulis dicam, omnes ordine vulgato recentebo, comparatis  
inter se ex eius autoris opinione nominibus.

Ianuarius,	Γαμμαῖον.
Februarius,	Ἐλαφησολαῖον.
Martius,	Μουσχαῖον.
Aprilis,	Θαρρηλιόν.
Maius,	Σκιροφοελάν.
Junius,	Ἐπαπελεῖον.
Julius,	Μεταγενεῖον.
Augustus,	Βονδηριόν.
September,	Μαυρικητεῖον.
October,	Γυανιζιόν.
Nouember,	Ἄσθετεῖον.
December,	Ποσιπεῖον.

Γαμμαῖον etgo Ianuarius est Gazæ. Iam illud primo omnium  
satis est verbo attigisse, quod extra omnem controversiam  
est positum: tametsi & Romani & Græci suos menses à noui-  
lunio, seu coniunctione solis & lunæ, auspicarentur, tamen  
inter se iis minime conuenisse, vt ne si constaret quidem de  
ordine omnium vtrinque, tamen præcise inter se componi  
compararique possent. In causa fusile cum alia, tum astro-  
nomiarum rationum ignorantem atque incertitudinem

liquet: quam intercalandi etiam importunitate haud raro  
autem appetit. Verum hæc alio pertinent. Sane in Romulo  
Plutarchus (nam cum potissimum suis ipsius verbis explican-  
dum put.) affimat nihil conuenire inter Græcorum & Ro-  
manorum nouilunia: vbi Romæ natale, qui in ipsum tri-  
gesimum mentis diem incidente, celebrari à Romanis A. D.  
xi. K. l. Maij ostendit. A que idem in Aristida, de Plataicæ  
pugna die loquens fateatur, quæ nquam suo tempore accura-  
tius cælestium corporum motus supputarentur, tamen alios  
aliter menses inchoare suos. Gamelionis in hoc opere nus-  
quam meminit (quod recordari possum) Plutarchus. itaque  
non opus habeo de eo multa afferre. Suidas, nescio quo au-  
tore, lanuacium hunc interpretatur. Γάμος, nuptias significat.  
Nuptias autem præesse creditum fuit lunonem. id quod epi-  
theta eius varia apud Græcos & Latinos (quæ huc congerere  
nolo, & maxima eorum pars apud Gyraldum De diis gen-  
tium legi potest) demonstrant. Inter alia, etiam γαμψία a nu-  
ptis dicta est, quibus eam præesse Cecrops Athenis docuit,  
colique e nomine: & mentem quo ei sacrificaretur, Game-  
bonem appellati voluit. Eustathius in Iliadis, Varinus, &c.

Februarius, ἐλαφησολαῖον ex autoritate Gazæ creditur. Ε-  
λαφος certus est, βολὴ icetus vel conieetus. Ceterum apud  
Homerum ἐλαφησόλος pro venatore quoque dicitur, species  
pro genere: -ωρής οὐ νύσσος οὐ δάρης οὐ σκύρος ἐλαφησόλος  
δραπάναις: Iiad. 18. Elaphobolia sacrificia in venaticis Dia-  
na honorēm peragi solita referunt Græcigrampmatici: quo  
tempore, non inuenio. Laudo autem Gazæ solertia, qui  
hybernum esse mentem, & quidem Gamelione posteriorum,  
priorem Munychionem, demonstrauit. Ne huius quidem me-  
mini hoc in opere Plutarchus.

Sequitur Μουσχαῖον, Martio adsignatus mensis. Hunc in  
Thes. o Plutarchi Lanuacium vertit Lapus, vt & Donatus Acci-  
aiolas in Demetrio: Guarinus in Lylandro Martium: in  
Phocionis extremo Lapus Græcum reliquerat nomen, idque  
rectius. Munychia pars est Athenarum maritima, satis cele-  
brata in hītoriis: describitur etiam à Strabone lib. 9. Idem  
Munychia Diana memini, quæ Pygelæ (vrbis est Ionica, non  
procul Epheso) coleretur. Fuisse eam cultam Athenis, & ni-  
mitum à loco id nominis, aut contra, sortitam patet ex At-  
ticis. Pausanias & iis quæ sunt apud Gyraldum collecta ex  
Græcis commentariis. Esse autem Martiū, aut ei proximè re-  
spondere, aquinoctii etiam ratione demonstrauit Gaza. Et  
quidem Varinus Camers in præclaro lexico suo annotauit,  
Μουσχαῖον, ὁ δέ ταντος πλεύ Αἴλιας οὐ το καλεῖται, &c. Muny-  
chion decimus Atheniensibus mensis vocatur. Est autem  
Mattiū decimus à lunio: à quo incepisse ordinem (quippe à  
solsticio a stiilo) mensium, ipsumque adeo annum, perspicue  
docuit Theodorus. Existimo autem hoc Varinum ex Suida,  
(vt plerique) aut vt unque eodem ex libro descripsisse. nam  
quod apud Suidam σύντοπος legitur, non σύντοπος, librarii est (vt  
permulta alia) mendum.

Proximus est Aprilis, cui respondeat Θαρρηλιόν. Hunc in  
Timoleonte Mijum Tudertinus, Donatus in Demetrio (nā  
in Alcibiade omiserat) Martium transtulit. Sacrum fuisse Ap-  
ollini & Diana, vīpote natalem eorum, ac tum lustrari A-  
thenas conuenisse, & Thargelia celebrata, quibus sacris  
primitiæ eorum fructuum quos iam terra à sole iterum elat-  
o calefacta (nam ήρος calorem, η̄ terram significat: quæ vi-  
deatur vocis origo fusile) ediderit, consecrarentur in olla  
concocta, quæ θέρμης dicatur: hæc inquam, & multa alia  
apud Laerium in Socrate, Suidam, Hesychium, Varinum &  
alios, sunt in promptu. Scribit Plutarchus in Catillo, vbi  
de diebus nefastis disputat, Trojæ captam fuisse circa  
xxiiii. diem Thargelionis: autoresque huius historiæ laudat  
Ephorum, Callisthenem, Damostenem, Phylarchum. Adscri-  
bam etiam Dionysii Halicarnassæ verba, sed Latine, eandem  
rem continentia: Troia, inquit, capta est sub finem astatis,  
septendecim diebus ante solstitium astiū, vigesimalteria